



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum peccatum veniale sine charitate puniatur pœna æterna.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

quod est a Deo auerti & mortaliter peccare. unde non potest inordinate amare aliquid, nisi per auersionem a Deo.

AD TERTIUM dicendum, quod in omnibus actibus suis uoluntariis, diabolus mortaliter peccat: quia semper actus liberi arbitrii in ipso procedunt ex intentione finis peruersi.

AD QUARTUM dicendum, quod per hoc ipsum, quod inducit homines ad ludicra uerba, habet peruersam intentionem inducendi eos ad peccatum mortale, & hoc ipsum quod est hinc familiaritatem cum ipso, homini imputatur ad peccatum, in tantum quod nec etiam ueritatem ab eo requirere debemus, ut Chrysostomus dicit. unde & Dominus cum uera confitentem de sua deitate prohibuit: sicut habetur Marci. 1. & Luca 4. Nec est uerbum diaboli credendum, quia mendax est & mendacii pater, ut dicitur Ioan. 8.

ARTICVLVS. X.

Utrum peccatum ueniale sine charitate puniatur pena aeterna.

DECI MO queritur, utrum peccatum ueniale sine charitate puniatur pena aeterna, & uideatur quod non. Remota enim causa remouetur effectus; sed causa quare peccatum mortale puniatur morte aeterna est, quia perimit bonum aeternum. Dicit enim Augustinus. 21. de ciuit. Dei, quod homo factus est malo dignus aeterno, quia in se perimit bonum quod poterat esse aeternum: hoc autem ueniale non facit, ergo peccatum ueniale mortali peccato coniunctum, non puniatur pena aeterna.

¶ 2. Præterea. Sicut dicitur Deut. 25. Pro mensura delicti erit & plagatum modus. sed peccatum ueniale non fit maius ex eo, quod adiungitur mortali, ergo non puniatur maiori pena, sed quando est sine peccato mortali in habente charitatem, non puniatur pena aeterna, ergo neque mortali adiunctum pena aeterna, puniatur, sed dicendum, quod peccatum ueniale in eo, qui deccedit sine charitate aggrauatur ex adiunctione peccati mortalis, propter circumstantiam finalis impenitentiae.

¶ 3. Sed contra, finalis impenitentia, secundum Augustinum in libro de uerbis Domini, est peccatum in spiritum sanctum. Si ergo aggrauatur ratione finalis impenitentiae, fiet peccatum in spiritum sanctum, & sic iam non erit ueniale: sed mortale.

¶ 4. Præterea. Potest contingere etiam in eo, qui est in charitate, quod non penitet ante mortem de aliquo ueniali commisso: nec puniatur pro peccato ueniali pena aeterna. Non ergo finalis impenitentia tantum aggrauat ueniale peccatum mortali adiunctum, ut faciat ipsum dignum pena aeterna.

¶ 5. Præterea. Quanto aliquis est in maiori statu, tanto unum & idem peccatum uidetur sibi esse grauius: sed in maiori statu est ille qui habet charitatem, quam ille qui est in peccato mortali, ergo peccatum ueniale est in eo grauius.

¶ 6. Præterea. Contingit quique, quod aliquis in peccato mortali moriens, penitet de aliquo ueniali commisso, mutans in hac uita uoluntatem suam quam habuerat de peccando uenialiter: sed in eadem uoluntate remanet anima in qua de hoc corpore exit, ergo non erit in eo qui sic deccedit peccatum ueniale post mortem, non ergo pro eo aeternaliter puniatur.

¶ 7. Præterea. Semper Deus punit citra eodignum, uel etiam in Psal. dicitur, quod non continet in ira misericordias suas sed penam uenialis peccati Deus in futuro non mitigat quantum ad acerbitatem, quia pena purgatorij est maior qualibet pena praesenti, ut Augustinus dicit, &

A multo magis pena inferni, ergo mitigat eam quantum ad durationem. Non ergo peccatum ueniale mortali coniunctum aeternaliter puniatur.

¶ 8. Præterea. Sicut peccatum mortale est sine gratia, ita peccatum originale: sed peccatum ueniale originali coniunctum non puniatur aeternaliter. Non puniatur in limbo puerorum, quia ibi non est pena sensus: nec in inferno damnatorum, quia ibi puniatur solum peccatum mortale: in purgatorio autem non puniatur aliquis aeternaliter, ergo nec etiam ueniale coniunctum mortali aeternaliter puniatur. Sed diceretur, quod peccatum ueniale non potest coniunctum mortali, nisi simul adsit peccatum mortale: quia ante usum rationis homo non potest peccare uenialiter, post usum uero rationis habitum, est in statu mortalis peccati: nisi conuertatur ad Deum: & si conuertatur ad Deum, iam habebit gratiam originale peccatum delentem.

¶ 9. Sed contra, quod actu aliquis conuertatur ad Deum cadit sub praecipito affirmatio: praecipita autem affirmatiua etiam obligent semper, non tamen obligant ad semper. Non ergo statim peccat mortaliter si non conuertatur actu ad Deum, statim habito usu rationis: potest autem tunc peccare uenialiter, ergo potest esse peccatum ueniale cum originali siue mortali.

¶ 10. Præterea. Pena peccati mortalis proportionata est pena peccati uenialis, quantum ad acerbitatem: quia utriusque acerbitas est finita, omne autem finitum est proportionale cuilibet finito. Si ergo peccato ueniali quod est coniunctum mortali debetur pena aeterna, sicut & mortali: non erit differentia penarum, nisi secundum acerbitatem. In aliqua ergo proportionem pena peccati mortalis, excedit penam peccati uenialis. Tot ergo poterit multiplicari peccata uenialia, quot merebuntur penam aequalem uni peccato mortali: hoc autem est falsum, quia ex multis uenialibus non fit unum mortale, ut supra dictum est, ergo & primum ex quo sequitur, scilicet quod peccatum ueniale coniunctum mortali puniatur pena aeterna.

SED CONTRA, Quod pena peccatorum uenialium terminetur, hoc est merito fundamenti, ut patet per Apostolum. 1. ad Corinth. 3. Quod quidem fundamentum est fides formata, ut Augustinus dicit 21. de ciuit. Dei, & in libro de fide & operibus: hoc autem fundamentum non est in eo, qui cum mortali peccato deccedit, ergo pena uenialium non terminabitur in ipso.

RESPON. Dicendum, quod ea ratione culpae debetur pena, quia culpa ordinatur per penam: homo enim peccando propria uoluntate diuinae iustitiae ordinem perturbat. Qui quidem modo reparatur per hoc, quod fit de homine iustitia, dum contra suam uoluntatem puniatur secundum Dei uoluntatem. Respondet autem perpetua pena peccato mortali secundum ordinem diuinae iustitiae, & ex ipsa specie peccati, & ex inharentia ipsius ad subiectum. Ex specie quidem peccati, quia peccatum mortale est directe contra charitatem Dei & proximi, per quam peccati pena remittitur. Qui autem contra aliquid peccat, ex hoc ipso meretur eius beneficio priuari. Sicut in rebus humanis quod contra rem publicam peccant, hoc e ipso in perpetuum societate reipublicae priuantur, uel perpetuo exilio, uel etiam morte. In qua sicut Augustinus dicit 21. de ciuit. Dei, non praesatur pena temporis qua quisque occiditur: sed potius quod per mortem in aeternum ciuitatis beneficio priuatur, quis culpa commissa forte fuerit momentanea, aut breui tempore perpetrata. unde & ille qui mortaliter peccat in quantum contra charitatem peccat, hoc meretur

Ar. 3. huius quæst.

Li. 1. de ciuit. Dei, cap. 26. tom. 4. De fide & operibus, c. 6. tom. 4.

Li. 21. c. 18. 2. med. tom. 5.

vt remissione priuetur, quæ est effectus charitatis: & si Dominus remittit, non est ex merito hominis: sed ex misericordia sua. Ex parte vero inherentiæ ad subiectum, peccatum poenam perpetuam habet, quia priuat hominem gratia, per quam potest peccatum remitti. peccato autem manente non soluitur poena, quia in operibus Dei nihil potest esse inordinatum. & ideo sicut homo qui se in puteum proiecerit, vnde per se non possit exire, quantum est in ipso, faceret vt in perpetuum esset ibi: ita etiam qui mortaliter peccat quantum in ipso est, se in poenam æternam inducit. veniale autem peccatum, cum non sit contra charitatem, non meretur poenam æternam ex specie peccati: nec ex parte inherentiæ ad subiectum per se loquendo, quia non priuat gratiam, sed per accidens fit irremissibile peccato mortali coniunctum, in quantum est in subiecto priuato gratiæ: & sic per accidens punitur poena æterna.

In corp. art.

Ad primum dicendum, quod ratio illa procedit de causa poenæ æternæ ex specie actus: sic autem veniale peccatum non meretur poenam æternam, sed alio modo vt dictum est.

In corp. art.

Ad secundum dicendum, quod acerbitas poenæ directe respondet quantitati peccati: sed æternitas poenæ respondet indelebitati ipsius, quæ quidem conuenit aliquando veniali peccato per accidens, vt dictum est.

In corp. art.

Ad tertium dicendum, quod illa impenitentia facit peccatum in spiritum sanctum, quæ opponitur charitati, quæ est donum spiritus sancti. vnde non penitens de veniali, quia non est contrarium charitati, non facit peccatum in spiritum sanctum: sed tamen in quantum est coniunctum mortali cum finali impenitentia per accidens habet indelebitatem, vt dictum est.

In solut. preceden. & in corp. art.

Ad quartum dicendum, quod ille qui non penitet de veniali, non penitet autem de mortali, non habet impenitentiam, quæ repugnet remissioni peccati. vnde non est causa poenæ æternæ.

Ad quintum dicendum, quod non per maioritatem culpæ ipsius venialis, peccatum veniale coniunctum mortali diutius punitur: sed per indelebitatem quæ peruenit ex adiuncto, vt dictum est. & tamen non semper hoc est verum, quod peccata venialia adiuncta peccato mortali sunt minora quæ adiuncta charitati: quinimmo plerumque sunt maiora, vt pote procedentia ex maiori libidine, quam charitas non refranat. In his vero qui sunt perfectæ charitatis, venialia peccata vt plurimum accidunt ex aliqua surreptione, & cito virtute charitatis remittuntur, secundum illud 2. Paral. 30. Dominus bonus propitiabitur cunctis, qui in toto corde requirunt dominum Deum patrum suorum, & non imputabitur eis, quod parum sanctificati sunt.

Ad sextum dicendum, quod peccatum postquam transit actu potest manere reatu, quæ non tollit quælibet mutatio voluntatis: sed solum illa quæ charitas operatur.

Ad septimum dicendum, quod poena peccati venialis etiam cum in inferno punitur, mitigatur quantum ad acerbitatem, quamuis grauius puniatur quam ab homine puniretur, quia maiorem grauitatem habet secundum quod comparatur ad Deum, prout punitur a Deo, quam secundum quod comparatur ad hominem, prout punitur ab homine.

Ad octauum dicendum, quod non est possibile, quod aliquis decedat cum originali peccato & veniali abique mortali: quia ante usum rationis puer excusatur a peccato mortali, ita vt si etiam committat actum qui de genere suo sit peccatum mortale, non incurrit reatum mortalis peccati, eo quod nondum habet usum rationis, vnde

de multo magis excusatur a reatu peccati venialis, quod excusatur a reatu peccati mortalis, multo magis excusatur a reatu peccati mortalis, sed postquam habet usum rationis, peccat mortaliter, si non facit quod in se est ad quærendam suam salutem: si autem faciat, gratiam consequetur, quam in minus erit ab originali peccato.

Ad nonum dicendum, quod licet præcepta affirmatiua cõiter loquendo non obligent ad semper, in hoc est homo naturali lege obligatus, vt primo in sollicitus de sua salute, secundum illud Mat. 6. Primum querite regnum Dei. Vltimus enim finis naturalis cadit in appetitum, sicut prima principia naturalia primo cadunt in apprehensionem. Sic enim omnia desideria præsupponunt desiderium ultimi finis, sicut omnes speculationes præsupponunt speculationem primorum principiorum.

Ad vltimum dicendum, quod licet in his que sunt de uerlarum rationum, sit proportio finita, in id, quod imperfectius est, quantumcumque præcatur, non potest equari ei quod est perfectius. Nigredo enim quantumcumque intendatur semper est imperfectior albedine. Poena autem proprie debetur peccato mortali, & priuatio diuinæ visionis, qualis poena non correspondet peccato veniali: & ideo impossibile est poenam debitam peccato veniali æquari poenam que peccato mortali debetur. Vel dicendum, quod poena sententiæ inferri in inferno pro peccato mortali & veniali non distat in infinitum, cum amba sint finita, & correspondeat conuersioni ad bonum eorumque, ut etiam in peccato mortali est finita, quamuis forte morsus conscientia quæ de ueris, incomparabiliter sit maior in uno quam alio, distans autem a pena peccati mortalis a veniali est ex auerione a Deo, quæ tamen est in mortali ex qua peccato priuatio diuinæ visionis, non autem per peccatum veniale, per accidens, ut dictum est: nec tamen sequitur multiplicatione venialium fiat poena secundum remissionem æqualis poenæ peccati mortalis, sed secundum extensionem, quia pluribus modis puniatur, & sic ratio non sequitur.

ARTICVLVS XI.

De peccato veniali post hanc uitam remittitur.

Primum peccata venialia post hanc uitam remittuntur in purgatorio.

Verbum queritur, utrum peccata venialia post hanc uitam remittantur in purgatorio & uidentur quod non. Dicitur enim Eccle. 1. Si gnus fuerit præcisum, ubicumque ceciderit, non mouet eum ad Austrum, sine ad Aquilonem: sed præcisum minus sit per mortem, ergo post mortem in illo statu manebit semper in quo moritur. Non ergo post mortem remittitur homini aliquod peccatum. ¶ Præter. Peccatum non immutatur, nisi mutata sit causa peccandi, quæ erat causa ipsius peccati, peccatum tollitur effectus causa manente: sed voluntas post mortem non potest mutari, sicut nec angelus post mortem: hoc enim hominis mors est, quod angelus uolens: ut Damasc. dicit. ergo peccatum veniale non potest remitti post hanc uitam. Sed dicitur quod peccatum mortale, quia simpliciter est uoluntarium, requirit ad sui remissionem actualem mutationem uoluntatis, non autem peccatum originale, quia non est uoluntarium, nec peccatum uoluntarium, quia non est simpliciter uoluntarium, eo quod non potest homo uitare, quin uenialiter peccet.